

cuncta commota, quid ageret, qua se verteret, magnos in mari fluctus metuens, maiores in terra perpetiens, quod solum in ultima necessitate supererat, anchoram spei caelo committens serenitatem temporum sollicitus expectabat. Cum ergo aliquantulum serenata mundi facie vel — quod ⁵ magis erat optabile, — humana et idcirco mutabili mente iter arripientes et per incerta loca huc illucque vagantes ad Reni fluentia venissent, per eius descensum ascendentes et ad ostia Lindimachi tendentes Tucconiam usque pervenerunt. Quo vero honore ibi sint habiti, dulcisona ¹⁰ tua Musa satis expressit. Porro qualiter inde ad Brigantium venerint et quid ibi aut fecerint aut passi fuerint, partito inter nos carmine demonstravimus. Hinc tamen, Hartmanne, perpende, quia omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. ¹⁵

Hartmannus.

Perpendo et multum doleo. Sed quaeso, ut istam sufficiat Musis iam dudum praeparatis ad cantum oratoriam interposuisse gravitatem.

Notkerus.

20

Et faciam quod rogas. Nam hunc paxillum ideo posui, ut suspendas super eum omne vas musicum. Iam nunc ad modulationem carminis libet reverti. Sed quia quae sequuntur adhuc maeroris sunt plenissima, relictis interim dulcisonae matris crepundiis, threnis elegiacis, si quivero, ²⁵ quomodolibet singultire temptabo.

7 ff. Walahfr. 287 ff.

7 cum ad hreni S

21 Jes. 22, 23 et figam illum paxillum in loco fideli et erit in solum gloriae domui patris eius. Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diversa genera, omne vas parvulum a vasis craterarum usque ad omne vas musicorum. Dazu Ps. 136, 1 super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. — Die hier in Aussicht gestellten Trauergesänge beginnen das zweite Buch, also ist hier der Schluss des ersten. — ideo] adeo S